



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per  
Aphorismos Strictim Explicatum**

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Amstelodami, 1663**

Rapina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10591**

intentione commissum à Laïco, punitur pœnis civilibus; de quibus vide Aphorism. nost. in Digesta & Codic. hoc titulo. si à Clerico: aliter si furtum fuit manifestum, aliter si nec manifestum.

Si manifestum; & accusatus, confessus, vel legitimè convictus, est infamis, c. infames. 6. qu. 1. c. Euphemium. 7. §. hinc colligitur. 2. qu. 3. c. constituimus. 3. q. 5. & deponitur, in monasterium conjicitur: si necdum corrigibilis, seculari judici legitimâ pœnâ puniendus traditur. c. at si clerici. 6. 1. c. cum non ab homine. de judic. c. tua. de pœnis. Si nec manifestum; & fur illud ultro fuit confessus, rem restituere & pœnitentiam agere tenetur: quibus peractis, ad sacros Ordines potest promoveri. c. ex literis. hic. si de eo damnatus, fit infamis. d. c. infames. 6. qu. 1. d. c. constituimus. 3. qu. 5.

Pro eis, qui, dum furtum committunt, occisi fuerunt, non est orandum: quanquam si comprehensi aut vulnerati, confessi fuerint, communio eis non sit deneganda. c. 2. hic. c. fures. 13. qu. 2.

### De rapina.

#### T I T. XXIV.

**F**urti improbi, quod Doctores qualificatum vocant, species est Rapina rerum.

Rapina, est vel simplex, de qua hoc titulo; vel qualificata, sive improbior: ut cum ex incendio rapitur; de qua titulo sequente: vel Ecclesia violatur; de qua titulo proximum sequente.

Rapina simplex, est fraudulosa rei alienæ, mobilis, & corporalis, per vim facta ablatio. c. lex illa. 36. qu. 1. c. de raptoribus. 36. qu. 1.

In rebus immobilibus, invasio. §. quod non solum. Inst. vi bon. rapt. in beneficiis intrusio, c. eum qui. de prabenda. in 6. per vim facta, idem est, quod rapina in mobilibus.

Rapinam

Rapinam committentes, sive sint Laici, sive Clerici, à Prælato loci, ubi deliquerunt, c. 1. 3. qu. 6. c. placuit. in 2. 6. qu. 3. c. placuit. fin. c. de foro comp. hoc jure, excommunicantur, aliiisque pœnis coërcentur; nisi ablata restituant, vel de restituendo caveant: c. super eo. c. excommunicationi. hic. si nolint, nec pœniteant, Ecclesiastica sepultura ipsis denegatur. c. 2. de raptor.

Possunt & flagellis castigari, & ultimo suppicio: sed ab aliis quam Ecclesiasticis judicibus damnati. c. in Archiepiscopatu. eod. l. capitalium. 28. §. famosos. §. grassatores. ff. de pœn. l. per omnes. C. de defens. civit. l. provinciarum. C. de feriis.

Si in deprædando occiduntur, pro eis non oratur. c. 2. de furtis. quia præsumuntur in mortali peccato mortui; pro qualibus non oratur. c. placuit. 23. qu. 5. c. pro dilectione. 95. de pœnit. dist. 2.

### De incendiariis.

#### T I T. XXV.

**R**Apinam etiam intelliguntur committere, qui ex incendio, vel naufragio, res rapiunt. c. 3. de raptor.

Qui verò datâ operâ, ex odio, vel vindicta ignem ad conflagranda ædificia apponunt, vel apponi faciunt, incendiarii dicuntur; non quorum negligentia incendi fo mitem præbet. c. pessimam. 23. qu. 8.

Incendiarii, ut & qui illis consilium, vel auxilium scierter præstiterunt, hoc jure, si Laici, excommunicantur: nec nisi, prius damno pro ratione facultatum suarum resarcito, jurent, se ulterius ignem non appositoros, absolvuntur; Episcopus vel Archiepiscopus, qui eo non præstito absolvit, per annum ab Episcopali officio, districione Canonica, abstinere compellitur: d. c. pessimam. 23. qu. 8. c. indignè. 12. qu. 5. c. quisquis. 17. qu. 3. Si Clerici; pro Judicis arbitrio, habitâ damni, loci, & doli, ratione, puniuntur. Cum nulla specialis pœna eis infligenda